

# The *Liber Pharetrae* Project

## Liber 1: De personarum uarietate Caput 3: De eucharistia (8)

Idem (Augustinus), *de Civitate Dei*:

Corporis et sanguinis Christi  
sacrificium successit omnibus illis  
sacrificiis Veteris Testamenti, quae  
immolabantur in umbra futuri.

Id enim

sacrificium successit omnibus illis  
sacrificiis ueteris testamenti, quae  
immolabantur in umbra futuri;  
propter quod etiam uocem illam in  
psalmo tricensimo et nono eiusdem  
Mediatoris per prophetiam loquentis  
agnoscimus: *Sacrificium et oblationem  
noluisti, corpus autem perfecisti mihi*;  
quia pro illis omnibus sacrificiis et  
oblationibus corpus eius offertur et  
participantibus ministratur.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate  
Dei*, 17.20 (CCSL 48, B. Dombart ed.,  
p.588, ll.85-91).